



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 40. Elias Patriarcha Jerosolymitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Nepos Gennadii Patriarchæ, qui olim Sæculum V.
pueri mores ad Pietatem, & institutum A.C. 495.
Monasticum formaverat. Nihilominus
ab Imperatore iussus Zenonis Henotico
subscripsit. Populus Constantinopolitanus Euphemio favens commoveri cœ-
pit, & ad Hippodromum concurrit, Ly-
tanias decantans. At Imperator a sen-
tentia non recessit, & Euphemium Eu-
caitam in Paphlagonia relegavit. An-
tequam proficeretur, petiit, ut Mace-
donius sibi Fidem publicam daret, se in-
columem in locum Exilii deducendum.
Igitur Macedonius ei collocuturus venit
ad Baptisterium, & priusquam intraret,
Pallium sibi auferri a Diacono jussit,
nolens præsente Euphemio illud gestare.
Imo accepit mutuas pecunias, easque
abituro dedit, quibus viæ socios susten-
taret.

§. XL.

Elias Patriarcha Jerosolymitanus.

Euphemii Depositio Athanasio Patriar- Vit. S. Sabæ
chæ Alexandrino, & Palladio Patriar- Cotel. mon.
chæ Antiocheno probabatur, non vero to. 3. p. 262.
Eliæ Patriarchæ Jerosolymitano. Is p. 296.
S. Euthymii erat Discipulus, & a Biennio
successerat Salustio, qui Sedem hanc an-
nis octo, & tribus mensibus tenuit. E-
lias tertio anno Imperatoris Anastasii,
nempe 493. ordinatus, propter Eccle-

Sæculum V. siam Cathedralem construxit Monaste-
A. C. 495. rium, & aliquot Monachos, quos cœte-
 ris magis virtute conspicuos noverat,
 prius Ecclesiæ S. Sepulchri servientes,
 & in locis Turri Davidis vicinis habitan-
 tes, illic congregavit. In illo Schisma-
 te, quod tune Ecclesiam affligebat, Elias
 cum Patriarcharum nullo nisi cum Con-
 stantinopolitano communicabat, cum i-
 pso rejiciens Communionem Alexandri-
 norum, qui Concilium Calcedonense a-
 nathematizabant, & ex consequenti e-
 tiam Communionem Palladii Patriar-
 chæ Antiocheni; is enim, ut Imperato-
 ri placeret, Alexandrinis assentabatur,
 & cum ipsis Concilium damnabat. Ce-
 terum Eliæ non probabatur constantia,
 qua Papa nomen Acacii ex Diptychis
 deleri exigebat. Quamvis autem cre-
 deret, Euphemium contra jus depositum,
 tamen Macedonium in ejus Sedem ordi-
 natum recepit, quod ex Epistolis ejus
 Synodalibus deprehenderet, ipsum esse
 Catholicum. Palladius Antiochenus
 haud diu post hæc vivis excessit, & Fla-
 vianus ejus Successor Eliæ Exemplum
 secutus, cum ipso solum, & Macedonio
 communicavit. Hæc recusatio Impera-
 toris animum contra ambos Patriarchas
 Antiochenum, & Jerosolymitanum, ve-
 hementer accedit. Anno sequente 496.
 Imperatoris Anastasii sexto, obiit Atha-
 nasius

nasius Patriarcha Alexandrinus, atque Sæculum V.
Successorem habuit Joannem Presbyterum & Oeconomum cognomento *He-*
moula seu Mela, qui Schismati adhærens *Theoph. p.*
Antecessoris sui vestigia pressit. *121. Liber.*
c. 18.

§. XLI.

Gelasii Papæ obitus.

Gelasius Papa obiit eodem anno 496. postquam sedisset annos quatuor, & menses octo. Præter opera, quorum meminimus, scripsit Dissertationem contra Andromachum Senatorem, aliosque Romanos, qui antiquam superstitionem Ludorum, qui Lupercales dicebantur, sua ætate abolitam reducere nitebantur. Hi, quamvis se Christianos profiterentur, tamen palam affirmare audebant, morborum causam esse, quod Deus Februarius non placaretur. *Edicite!* inquit *S. Gelasius, num illo tempore, quo Roma sæpiissime Peste affligebatur, ut in Tito Li-* *Tract. 2.1.* *p. 235. to. 4. Cont.*
vio legimus, buic Deo non sacrificia fe-
rebantur? an non celebabantur Lupercalia? *imo hoc Ludicrum non ad avertendam a corporibus contagionem institutum est, sed quod hæc sacra mulieribus fæcunditatem dare crederentur.* (*) Impera-

H 5 tore

(*) Lupercal erat locus sub Monte Palatino Pani Pastorum Deo sacer. Ludi Lupercales diceban-